



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

III. De ordinatis male viuentibus. Ll. Sax. cap. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

- baptismum negantibus. Ll. Sax. cap. 3.
- vi. De fratribus vel cognatis in una fornicantibus. Ll. Sax. cap. 4.
- vii. De ordinato qui vitam forisfaciat. Desideratur in Sax.
- viii. De reo mortis qui confiteri desiderat sacerdoti. Ll. Sax. cap. 5.
- ix. De decimis Dei retentis, & aliis ecclesie redditudinibus. Ll. Sax. cap. 6.
- x. De illis qui mercandisant diebus dominicis. Ll. Sax. cap. 7.
- xi. De operantibus diebus domi-
- niciis. Ll. Sax. cap. 7.
- xii. De ieuniis infractis. Ll. Sax. cap. 8.
- xiii. De diebus in quibus orarium & iusserandum prohibeantur. Ll. Sax. cap. 9.
- xiv. Ne die dominica homo forisfactus occidatur. Ll. Sax. cap. 10.
- xv. . . . . Ll. Sax. cap. 10.
- xvi. De sortilegis, incantatoriis, veneficiis, periuris, & his similibus. Ll. Sax. cap. 11.
- xvii. De ordinatis vel alienigenis in aliquo de pecunia vel vita seductis. Ll. Sax. cap. 12.

## P RÆ F A T I O.

**H**OC est Concilium quod Aluredus rex & <sup>†</sup> Godrun rex elegerunt & condixerunt, cum Angli & Dani ad pacem & concordiam plene conuenerunt, & sapientes, & qui postea successerunt, saepius hoc & assidue renouantes in bonum semper adduxerunt.

<sup>†</sup> Id est qui &  
Guthurnus,  
Guthrum,  
&c. Rex  
fuit Danorum,  
cui ad  
fidem Christi  
conuerso  
Æthelstani  
nomen im-  
positum est  
ab Aluredo,  
qui eum e  
faco fonte  
suscepit,  
partemque  
regni con-  
cellit.

LEGES ECCLESIASTICÆ ALVREDI  
ET GUTHURNI REGVM.

## I.

In primis est ut unum Deum diligere velint, & omni paganismo sedulo renuntiare. Et instituerunt sacerdalem iustitiam pro eo quod sciebant, quod non poterant multi aliter castigari, plures vero nolebant ad Dei cultum, sicut deberent, aliter inclinare. Et sacerdalem emendationem instituerunt communem Christo & regi, ubicumque recusabitur lex Dei iuste seruari secundum dictio[n]em episcopi. Et hoc est primum editum ecclesiæ, pax inter parientes suos, & regis <sup>\*</sup> Hangrid semper inconuulsa permaneat.

## II.

Si quis Christianitatem suam male mutat, ut paganismum veneretur verbis vel operibus, reddat sic ueram, sic uvitam, sic lashlite secundum quod factum sit.

## III.

Et si quis ordinatus furetur, vel prælietur, vel periuret,

Concil. Tom. 24.

Aaaa

vel fornicetur, emendet sicut factum erit sic vveram, sic vvitam, sic lashlite, & erga Deum saltem emendet iuxta sanctorum Canonum doctrinam, & plegium faciat inde, vel mittatur in carcerem.

## IV.

Et si presbyter populum suum misdoceat de festo vel ieunio, reddat 30. solidos cum Anglis, & cum Dacis 3. dimidias marcas.

## V.

Si presbyter ad rectum terminum sanctum chrisma non perquirat, vel baptismum perneget ei cui necesse sit, reddat vvitam cum Anglis, & cum Dacis lashlite, id est 12. oras. Et de sublegereis sapientes instituerunt, vt rex habeat superiorum, & episcopus inferiorem, nisi dignius emenderetur pro Deo & pro saeculo iuxta modum facti, sicut episcopus docebit.

## VI.

Si duo fratres vel duo cognati cum vna aliqua fornicentur, emendent in omni mansuetudine, sicut eis permittetur; sit vvita, sit lashlite, secundum modum facti.

## VII.

† Hoc non  
repetitur  
in Saxonico,  
aut  
in fædere  
Edvardi  
apud Lamb.

† Et si ordinatus homo se forisfaciat, in morte plectendis actibus exsuperetur, & episcopi iudicio referuetur.

## VIII.

Et si quis reus mortis profiteri desideret sacerdoti, nuncquam negetur ei, & omnes rectitudines Dei pacificantur sedulo per Dei misericordiam, & per vvitam quam sapientes addicent.

## IX.

† id est, nū-  
mum Ro-  
manum,  
vel dena-  
tum sancti  
Petri.

Et si quis decimam contra teneat, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis † Romfeih supernet, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis non reddat symbolum luminis, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si quis Dei rectitudines aliquas disforciet, reddat lashlite cum Dacis, vvitam cum Anglis. Si contra stet vt hominem vulneret, de vvita componat. Si aliquem deiiciat in mortem, sit vtлага vt exlex, & persequatur eum cum clamore omnis qui rectum